

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

3. De gravitate peccati ex multitudine & pugnantia cum ratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

## MEDITATIO III.

*De gravitate peccatorum ex multitudine, & pugnantia cum ratione.*

### PUNCTUM PRIMUM.

1. **M**ultitudo colligenda est ex decursis omnibus vitæ partibus & officiis, atque fieri debet cum sensu animi, qualis Ezechiæ Regis. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Ac præter mihi cognita, ne dubitem restare complura ignota, pro quibus David : *Ab occultis meis munda me Domine.* ps. 18.*

2. Fugiunt autem nos vel per oblivionem, vel ob subtilitatem ; ut interni motus superbiæ, sinistræ intentiones, omissiones : vel ex ignorantia, & circumventione inimici per speciem boni operis. 3. Ex utrisque notis & ignotis colligam immensum numerum, ut dicere possim cum Davide : *Super capillos capitis mei multiplicata sunt iniquitates meæ.* & cum Manasse : *Super a- renam maris.* Unde laudabo patientiam Dei, qui non unam aut alteram à me injuriam, quod ipsum apud homines vix toleratur, sed innumerabiles sustinuerit.

### PUNCTUM II.

**A**stimabo jam ex multitudine gravitatem meorum peccatorum: nam si quodvis lethale est instar lapidis molaris, quo deprimimur in profundum abyssi; quam deprimunt tot, talesque.

C 3

lésque 2.

I.

Gravitas  
peccato-  
rum.

*Luc. 17.*

38      *Pars I. Medit. III.*

- lésque lapides? Nectitur ex tot peccatis velut ca-  
**3. Pe. 3.** tena ferrea, ad infernum usque pertingens, quā  
**4.** peccator constrictus illuc pertrahitur, quem-  
**2.** admodum Lucifer cum suis à cælo ipso detra-  
**ctus est rudentibus inferni**, ut ait S. Petrus. 2.  
**Ps. 21.** Sunt etiam instar crudelium ferarum, quæ ani-  
**14.** mam circumstant ad laniandum ac devoran-  
**3.** dum. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo*  
**4.** *rapiens & rugiens.* 3. Sicut denique debitum  
**Recidi-** illud decem millium talentorum, cui solvendo  
**va.** nemo est, quamvis omnia ejus bona divandan-  
**2. Pet. 2.** tur. 4. Et augetur malum, quod in eadem  
**22.** peccata sæpiissime relapsus sum: *Sicut canis ad*  
*vomitum reversus, & sicut sus lota in voluntabro*  
**Mat. 18.** *luti, Sed adhuc scinel: Domine! patientiam ha-*  
**26.** *be in me, & omnia reddam tibi, per gratiam*  
*tuam,*

## PUNCTUM III.

- 1.** **Pecca-** **E**T cùm homo ad imaginem & similitudi-  
**tum cō-** nem Dei factus sit, per peccatum jumen-  
**tra ra-** tis insipientibus comparatur, & eis similis effi-  
**tionem.** citur, si minùs quoad substantiam animæ, cer-  
tè quoad vitam & operationes: nam operari est  
yivere. 2. Deinde assiduitate peccandi habitus  
contrahit bestiales, quibus quasi in naturam  
versis, continenter agitat ad malum. 3. Et  
postremò quid deformius, quām rationem an-  
cillari sensui spiritum carni: Quin homo fit ser-  
**2. Pet. 2.** vus diaboli & peccati, à quo enim quis supera-  
**18.** tus est, hujus & servus est. Et omnis, qui fa-  
cit,

*De gravitate peccati.*

39

*vit peccatum, servus est peccati. Certè & diabolus & peccatum plūs valent in animā peccantis.* <sup>Ioan. 8.8</sup> <sub>34.</sub>

## MEDITATIO IV.

*De gravitate peccati ex vilitate  
hominis.*

### PUNCTUM PRIMUM.

*Quid sit homo secundūm corpus?*

**E**x limo terræ, sēnum & flos agri, vapor <sup>Utilitas</sup>  
ad modicum parens, umbra fugiens, *Qui corporis*  
*brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, &* <sup>Iob. 14.19</sup>  
innumeris necessitatibus est obnoxius: & hic  
eum, à quo juvari potest, tam audacter offen-  
dit, & eum, *Qui perdere potest in gehennam?* <sup>Mat. 10.28.</sup>

### PUNCTUM II.

*Quid sit homo quoad animam?*

1. **E**x nihilo creatus: *Substantia mea tanquam ps. 38.6.*  
*nihilum ante te: & in nihilum recideret, Vilitas*  
nisi à Deo conservaretur: & sine quo nihil po- <sup>animæ.</sup>  
test agere. 2. Deinde in peccatis secundūm a- <sup>1.</sup>  
nimam conceptus est, & immoderatis passio-  
nibus agitatur intus; fortis autem ab invisibilibus  
inimicis incessanter appetitur: unde passim pec- <sup>2.</sup>  
catis involvitur, ut melius foret, si natus non  
esset. 3. Et tandem, ut ait S. Augustinus, *nul-* <sup>3.</sup>  
*lum est peccatum, quod unquam fecerit homo, solilog.*  
*quod non possit facere alter homo? ita ex se miser cap. 5.*  
est, & totus, quasi ulcus, unde sanies fluit, nisi

G 4

sanetur